

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Taciturnitas k
cum uariis

Et loqui et tacere perfectio est; est autem utriusque partis causa uerborum tenuisse mensuram. Aliquociens nimia taciturnitas stulticie ascribitur, sicut et uerborum nimietas ad furorem refertur, secundum illud sapientis: Est tacens non habens sensum loquele et est tacens sciens tempus apti temporis. De qua re si nostri sentenciam requiras arbitrii, iam malo aliquis tacendo stultus quam nimium loquendo iudicetur insanus.

Valerius episcopus in quodam sermone.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

est] esti (*cor. sub lin.*) C; sentenciam requiras] requiras sentenciam M; aliquis] aliquid M,
in *add.* P V¹ V² L¹ L²